Praedicatorum Graeci, et latinè editam.

Cultus Divinus, omnesque Orationes matutinae, Vesper-
tinae, Nocturnae, et integrae constant Graecis, secundum
morem, et consuetudinem Orientalis Ecclesiae, no-
minatim vero Liturgiae tres sancti Basilij, Chrisos-
tomi, et Praesanctificatorum, quae tempore ieiunij
quadragesimalis celebrantur, omnesque aliae cere-
moniae, quibus Graeci utuntur hucusque observa-
buntur. Liturgia vero Sancti Basilij, et Crisostomi
Can. 52. Conc. Gnlis Sexti innuitur.

In quadragesima praeter diem Sabbathi, et festum
Annunciationis B. Mariae Virginis, cum Dominica
Palmarum Liturgia Sancti Chrysostomi non ce-
lebrabitur, nisi summa urgeat necessitas, alijs
vero Dominicis Quadragesimae, item feria V.
hebdomadae Passionis, et die Sabbathi eiusdem
Liturgia sancti Basilij, caeteris vero diebus
Praesanctificatorum iuxta Can. 49. Laodicen.
Concilij.

Liturgiam Graeci super uno Altari semel tantum
in una die celebrabunt iuxta antiquam suae
Ecclesiae Consuetudinem, et Can. 10. Conc. Antisio-
doren. qui dicit, non licet super uno Altari
in uno die duas missas dicere.

Omnes Ritus Graeci Sacerdotes iuxta usum suae
Ecclesiae antiquam Liturgiam canant, non
autem Latinam celebrent, quia hac averti
Populum ab Unione suae Ecclesiae antiquitati